

ADRIANI ANTINOVS.



N Nomifinate æreo perãtquo, quod apud Decianum iurifconsultum Vtinenfem Patauij vidimus, erat ex altera parte ANTINOI imago pulcherrimè efficta, cum his notis Græcis, ΗΡΩΣ ANTINOΘ, in latere verò erant & illa Græcè fcripta. ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΑΔΡΗΑΝΙ ΙΚΤΑΡΥ Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ibi etiam effictus erat Tripos Phœbi vnà cum serpente, ex quo exibat lauri arbufculum, cui Tripodi inerat, hæc fubfcriptio Græca. ΝΕΩΠΥΔΙΩ. Cùm igitur hoc Nomifina non vulgari fculptura fabre factum attentius domi cogitarem, eiusq; imago ante oculos fæpius ac fæpius obuerraretur, ob miram pulchritudinem, ac raram fpeciè iuuenis, fubijt animo hiftoria ANTINOI, quæ apud Dionem Græcum fcriptorem in Adriano, alias à me fuerat lecta, & apud Paufaniam in Arcadicis. Fuit igitur ANTINOVS, formofiffimus ex Bithyniæ vrbe Cythynide, quem Claudionopolim vocant, iuuenis ab Adriano Cæfare præter modum adamat, in delitijsq; habitus. Quinti etiam nouus Apollo pro Deo habitus ab eodẽ imperatore & Heros vocatus, oraculumque eidem conftitutum, quod indicat Tripos ille in numo fignatus. Ad Nilum etiam eft Ægyptiorum oppidum ANTINOVS, de eius nomine dictum, quod & ἀδριανόπολις eft. ftellam in cælo eiuſdẽ Antinoi apparuiſſe, viſamque à ſe afferbat Adrianus, qui perlibenter eos audiebat, qui dixiffent ex ſpiritu Antinoi natam ftellam, & Græci quidem (vt Ælius Spartianus narrat) volente Adriano Antinum ipſum conſecrauerunt. In Ægypto perijt autem Antinous, vbi & ei habitus eft honos, Mantinenſes annum feſtum, & quinto quoque anno ei celebrabant, vt ait idem Paufanias in Arcadicis. Huius Antinoi ftatuæ duæ pulcherrimæ, Leonis. x. Pontificis Max. tempeſtate ROMÆ repertæ ſunt, quas idem Pontifex in Vaticano ſtatuit. Sed de huius Numifmatis interpretatione, quod ad hiftoriam pertinet, nihil amplius eft, quod in præſentia dicam, cùm qui cupiat rem penitus intelligere, adire poſſit ipſum Dionem, & Ælium Spartianum in Adriano. Diuus Hieronymus lib. 20. aduerſus Iouinianum de Antinoo fic meminit, Et vt ſciremus quales Deos ſemper Ægyptus recepiffet, nuper ab Adriani amaſio vrbs eorum, Antinoiſ appellata eft. Alij etiam ſcriptores, vt Nicolaus Leonicus Thomæus lib. 2. variæ hiftor. cap. xix. & antiqui de eo meminerunt, & præcipuè Paufanias author Græcus lib. viij. Arcadicorum, qui eundem Antinum vocat, non Antinum & qui in Gymnaſio Mantinenſium domum habuiſſe ſcribit, quæ ſimulachra Antini ſpectatu digna cõtinet,